



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313415>

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

DAVID VAN WEEL,

e pago Ooltgensplaat.

A. D. III M. MAJI A. MDCCCLIV, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,
APUD J. G. BROESE.

MDCCCLIV.

REVUE DE LA PRESSE
LITTÉRAIRE ET SCIENTIFIQUE

PARIS, LE 15 OCTOBRE 1888
N° 10

ANCIENNE MAISON DE LA
LIBRAIRIE GARNIER

10, RUE DE LA HARPE
PARIS

EN VENTE CHEZ
TOUTES LES LIBRAIRIES

ET PAR
LA MAISON D'ÉDITION

T H E S E S.

I.

Cicero in oratione pro Caecina bonam causam defendisse videtur.

II.

Non facio cum UNTERHOLZNER statuenti *Verjährungslehre* I, p. 473, usucapionem impletam jacente hereditate non prodesse heredi, si ante aditionem ab extraneo res sit possessa.

III.

Non assentior Cl. SAVIGNY, *System* III, p. 96 statuenti: per procuratorem ita acquiri obligationem mandanti, ut directam actionem instituere possit.

IV.

Nulla antinomia est inter L. 81 § 4 D. de leg. I et L. 86 § 1 D. eodem.

V.

Moratorii usus, uti nunc est, ex Jure Romano non descendit.

VI.

Qui ad propriam petitionem ob debilitatem animi curatorem accepit, testamentum facere nequit.

VII.

Curator honorarius non adjungitur marito uxoris suae curatorii.

VIII.

Pater tutor, qui usumfructum bonorum liberorum legitimum habet, satisfacere debet.

IX.

Quod art. 785 C. C. cautum est de censibus, quos

dominus in vendendo praedio sibi stipulatus est, valet etiam si illi census per emptionem praedio sunt impositi.

X.

Hypotheca, quam concesserat emtor ante traditionem rei, non convalescit dominio acquisito.

XI.

Contra sententiam judicis cantonnalis (*R. Bijbl. VIII, 749* relatam) defendo, art. 1950 n°. 3 C. C. non spectare eos famulos, qui post citationem dimissi sunt.

XII.

Verbum *alle* in art. 21 C. M. intelligendum est de debitis et obligationibus, postquam socius commenditarius in placitum hujus articuli commisit, contractis.

XIII.

Adsecuratio valet si institor tanquam talis navem adsecurari curavit, sine mandato exercitorum.

XIV.

Verificatio, quae dicitur in bonorum decoctione, im-

pugnari nequit ideo, quod epistolae creditoribus secundum art. 817 C. M. missae non sunt.

XV.

Si pater forocesserit emolumentum ususfructus bonorum liberorum ad creditores pertinet sine onere educationis.

XVI.

Obstetrices non continentur verbis *et autres officiers de santé* in art. 317 C. P.

XVII.

Art. 222 C. P. intelligendus est de injuriis viva voce et in magistratum praesentem editis.

XVIII.

Ex art. 380 C. P. socii puniri non possunt nisi in casibus enumeratis.

XIX.

Interpretatio alicujus operis peregrini non obstat, quominus alius ejusdem operis interpretationem novam typis mandare possit.

XX.

Testes jusjurandum in praevia inquisitione praestare deberent.

XXI.

Actuarius municipii munere fungi potest qui matrimonio vel impetrata venia aetatis major est factus.

XXII.

Praestare videbatur avita hospitii militaris immunitas et erogatio pecuniae publice militi facta, qua sibi ipse victum ac hospitium quaereret (*Logies- en Service-gelden*).

XXIII.

Improbandum videtur a civitate pretium panis definiri (*broodzetting*).

XXIV.

Illimitata licentia dividendi praedia rustica civitati nocere non videtur.
